



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 257. Quid addendum sit circa tempus vel ætatem, in qua obliget lex jejunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

Nimiam esse in Episcopis, Medicis, Confessariis facilitatem dispensandi vel declarandi in jejunio & carnis, conatur persuadere Eliz. in doctr morum l. 6. q. 16. §. 11., qui videri potest: Medicum autem dispensare non posse, dicetur l. 4. n. 1538.

*Q. 256. An dispensatus ad carnes valetudini ser- 1313  
vientes, v.g. ad gallinas, possit comedere omnis generis  
carnes etiam nocivas, v.g. porcinas. R<sup>e</sup>: Affirmat  
Tamb. in Dec: l. 4. c. 5. §. 1. n. 8., sed oppositum  
videtur probabilius, quia expressio illarum car-  
nium sat<sup>s</sup> significat mentem dispensantis esse ad  
has restrictam, maximè cùm pro illis non sit ra-  
tio dispensandi, quæ erat conductia ad vale-  
tudinem. Nec obstat, quod privilegia sint ampli-  
anda, nam nego hoc esse privilegium, sed est pu-  
ra dispensatio à communi lege & consuetudine,  
adeoque odiosa & restringenda secundūm dicta  
l. 1. n. 798. Si tamen propter valetudinem di-  
spensatum esset in genere ad carnes, videtur li-  
citum comedere quascumque, etiam si hæ aut  
illæ in communi non habeantur salubres, fortè  
enim proderunt huic subjecto, maximè si ad il-  
las sit magnus appetitus, nec immodicè suman-  
tur; foretque aliàs nimis expositum scrupulis,  
cùm nesciamus, quænam obsint aut profint  
magis.*

*Q. 257. Quid addendum sit circatempus vel æta- 1314  
tem, in qua obliget lex jejunii. R<sup>e</sup>. §. 1. Probabilius  
est contra Nav. & alios, quod adolescentes etiam  
valde robusti non teneantur jejunare ante an-  
num 21. completum, nequidem aliquibus die-  
bus, uti volunt Silv: & alii: Ratio est, quia Eccle-  
sia illos solos obligat, qui incipiunt corpore con-  
fistere,*

sistere, & licet hic vel ille sit satiis robustus, tamen leges non attendunt ad hoc, quod raro est, sed quod communiter, omnes autem communiter crescunt & firmantur saltem usque ad annum 21: completum, adeoque tum indigent majori alimento, ita cum communi *Sanch:* in Conf: l: 5: c: 1: dub: 2.

**1315** §: 2: Qui post diligentem inquisitionem adhuc dubitat, an annum 21: expleverit, non tenetur jejunare, quia libertas ejus est in possessione contra præceptum, *Bonac:* de restit: d: 1: q: 2: p: 2. n: 11: aliique multi cum *Diana* p: 4: t: 3: R: 21.

**1316** §: 3: Si quis compleat annum 21: in Quadragesima, tenetur reliquo tempore jejunare, etiam si unicus dies superesset, quia præceptum illud divisibiliter obligat ad singulos dies, *Sanch:* supra dub: 2:, imo idem *Sanch:* de Matr: l: 2: d: 24: n: 23. & posteum *Lez:* v: *Annus* n: 9: ac v: *Etas* n: 8., docent, si compleat horâ octavâ manè, teneri reliquo die jejunare, sed contradicunt in hoc ultimo f. *Sanch.* *Loth.*, *Diana* p. 1. t. 9. R. 49., eò quod præceptum hoc videatur respicere diem integrum veluti individuum objectum, adeoque si non comprehendat totum, nec comprehendere partem: utraque opinio est satiis probabilis: debere tamen ejusmodi tempora considerari Ecclesiastice quoad inceptionem & desitionem obligationis, diximus l: 1: n: 584.

**1317** §. 4. Viros omnes, hoc ipso quod annum 55. attigerint, excusant aliqui teste *Diana* p: 11: t: 3: R: 9., sed rejiciuntur communiter ab omnibus: sexagenarios tamen, quamvis adhuc robustæ sint valetudinis, præter citatos à *Busenb.*, absolutè

solutè excusant *Trull.* *Llamas*, *Angles*, *Portell*, *J. Sanch.* *Castrop.* n. 6. *Tamb.* §. 7. n. 1. *Steph.* n. 124. *Burgh.* cent. 3. cas. 4., & ita sensisse etiam *Pium V.* dicit *Diana* p. 1. t. 9. R. 20., addens se existimare sexagenarios certò & infallibiliter excusari, quia sunt senes, ætas autem senum est inconstans & infirma, seu media inter morbum & sanitatem, inquit *Galenus*, imò senectus ipsa est morbus, ergo meritò à jejunio excusat; putat tamen *Jlls.* n. 45. annum 60. debere esse completum, licet alii apud *Busenb.* teneant oppositum. E contrà sexagenarios teneri jejunare, si per præsentes vires commodè possint, docent *S. Antonin.* *Az. Med. Tol.* *Leff. Val.* *Bacho.* *Lez.* *Tann.* *Fagund.* *Fill.* *Bonac.* *Laym.*, quia certum est illos ante annum sexagesimum fuisse obligatos, & dubium est, an per sexagesimum eximantur, ergo lex est in possessione, à qua dejici non potest per dubium superveniens, ergo si aliunde non dejiciatur, perget obligare: Cur autem certa ætas, nempe annus 21., statuatur pro inceptione, & nulla statuatur pro desitione legis, hæc est disparitas, quod omnes usque ad annum 21. adolescent & debeant firmari, è contrà multi post sexagesimum non deficiunt notabiliter.

§. 5. Mulieres quinquagenarias absolutè exceptari putant *Narbona*, *Mach.* *Pelliz.* *Loth*, neque damnare audet *Diana* p. 9. t. 7. R. 73., quia citius senescunt, & de se sunt debilioris complexionis: sed *Sanch.* dicit sententiam illam non esse tutam, *Laym.* *Fagund.* *J. Sanch.* *Tamb.* n. 5. dicunt esse improbabilem, nam dato, quod prius senescant, etiam minus

*Tom. III.*

Ggg

mace-

macerantur jejunio ; & quamvis debiliores sint , etiam indigent non tantum minoribus viribus , sed etiam minore alimento : si quæ tamen sit notabiliter debilior , poterit per malam valetudinem excusari ; estque etiam major causa cum talibus dispensandi , uti notant *Sanch.* de Matr. 1. 7. d. 32. & *Pafq.* decis. 257. , qui quamvis citentur pro contraria sententia , tamen plūs non videntur velle.

**1319** §. 6. *Sanch.* & alii cum *Tamb.* n. 9. putant eum , qui vovit jejunare totâ vitâ diebus Veneris , post annum 60: non obligari , eò quod votum videatur obligare secundum modum legis Ecclesiasticæ : Sed *Laym.* dicit sententiam illam esse improbabilem , quia obligat quidem secundum modum legis Ecclesiasticæ , quantum ad formam & modum jejunandi , non autem quantum ad personas , alioquin qui ante annum 21. vovisset jejunare , tum non tenentur , quia Ecclesia tum non obligat eum ; Ratio itaque à priori est , quia potest aliquis per votum sibi imponere obligationem , licet talem ei non imponat Ecclesia. Vide hīc p. 1. à n. 438.

**1320** §. 7. Si alicui per dispensationem ad ineundum Matrimonium , loco voti castitatis sit subrogatum jejunium omni die Veneris , *Tambur.* n. 12. putat excusari post annum 60: , sicuti excusaretur , si incideret in morbum ; sed oppositum videtur tenendum , nam etiam post annum 60. obligaretur ad castitatem , subrogatum autem sapit naturam illius , cui subrogatur , Cap. 1. & 2., Ut lite pendente : & ratio à priori est , quia videtur sic facta commutatio , quam-

quamdiu vis frui Matrimonio , tamdiu utere jejunio : quod autem non obligetur , si incidet in morbum , ideo est , quia jejunium tum illi esset graviter noxiū aut moraliter impossibile , uti supponitur , tum autem non obligat Ecclesia : Vide tamen iterum dicta p. 1. n. 439.

*Q. 258. Quid circa pauperes sit notandum. R. 1321*  
Seqq.

§. 1. Pauperes tenentur jejunare eo die , quo simul habent plenum prandium , nisi ex præcedente inediâ ita essent debilitati , ut jejunium commode ferre non possent , ita Sanch. in Cons. I. 5. c. 1. dub. 15. Lez. aliique cum Steph. t. 1. d. 5. n. 130. Pro prandio tamen debito non sufficiunt panis , olera & fructus , uti docent Sanch. Angles , Pasq. aliique apud Diana. in Comp. v. Jejunium , n. 14. Neque solus panis & vinum , inquit Tamb. in Dec. I. 4. c. 5. §. 7. n. 34. , sufficent tamen pro uno vel altero die , uti notant idem Tamb. & Steph. suprà. Addit Pasq. ad debitam ejusmodi refectionem requiri , ut pro potu adsit vinum vel saltem cerevisia , ubi non adest vinum , sed Diana p. 10. t. 12. R. 25. & t. 16. R. 77. aliique contradicunt , quia potest , per se loquendo , sine tali potu consistere plena refectio.

§. 2. Toleratur apud nos consuetudo , inquit 1322 Laym. I. 4. t. 8. c. 3. n. 3. , ut reliquiæ carnium , quæ in Bacchanalibus non sunt absumptæ , dentur pauperibus absumentæ.

§. 3. Qui pro sufficiente refectione non habet cibos esuriales , potest ova , aut his defici- 1323 entibus carnes comedere , quia benigna mater

Ggg 2 Eccl.